



21
Bl. 89



Q. **D. B. V.**
COLLOQVIUM HALENSE
 AD
ILLVSTRIS
DN. D. SAMVELIS STRYKII
JCTI LONGE CELEBERRIMI
 CONSILIARII REGII INTIMI

MENSAM
 DIE III. OCTOBRIS ANNO IX.
 SECVLI A NATO CHRISTO XIII.
 MOTVM
 JAM QVE
 ANNO DICTI SECVLI XX.

M. GEORGIO MICHAELIS CASSAI, Hung.

ORDINIS PHILOSOPH. ASSESSORE
 POSTQVAM ILLE
 DIVINA FAVENTE GRATIA
 SPERATO OCTOGESIMO
 ANNVM AETATIS OCTOGESIMVM PRIMVM INGRESSVS
 ANNIVERSARIO GEORGII ONOMASTICVM RECOLERET
 SIMVLQVE
PATRONOS, FAVTORES ET AMICOS
 AD FESTVM CELEBRANDVM
 DIE XXIII. APRILIS ANNO M DCC XX.
 OFFICIOSE INVITARET
 ORATIONE LIGATA LVCI PVBLICAE
 EXPOSITVM

WITTEMBERGAE, LITERIS GERDESIANIS,



HALAM concipiens flammam aliquando videndi,
Conscendo currum, persequor inde viam.
Vrbem conspiciens, feeli currentis ut anno
Octavo, Octobris luxque secunda nitet.
STRYKIVS, ante alios, Illustris jamque videndus:
Cujus colloquio discipulioque frui.

Conspiciens, aedes intrantem, mente serena
Excipit, ac profert talia verba simul:
Publica, ceu spectas, obitare negotia, tecum
Quo minus uberius nunc liceatque loqui.
Luce sequente, rogat, secum quo prandia fumam:
Annuo, complures conspicioque viros.
Raptus ad visum discursum, pocula quamvis
Inter, certamen sustineoque grave.

Almae in LEV COREAE primum bibeatque salutem;
Quilibet hinc ordo commemorandus erat.

Manes. THEIOLOGI moniti: parcant, post fata, SPENERO,
Vnio. Vtilis VNIO nec praepedienda venit.

R. ad prius. Personae parcant, dixi, sed dogmata taxant,
Si minus haec verbo congrua forte vident.

Nec reperitur homo, qui non obnoxius esset
Errori: SPENER qui excipiendus erit?

Audit, iudicio quod mens fert chara, beatus:
Intima sed cordis perspiciente DEO.

Hac ratione, arte SPENERO linguae junctus,
In simili casu, iudiciumque tulit.

COCCEJO, functo jam fati, incidit error,
Qui pro more viro discutiendus erat.

Clamitat opponens, COCCEJI jamque maligne
Turbari manes, lege vetante pia.

Vir Summe doctus nervose cuncta resolvit;
Turbari manes, hac ratione, negans.

Ac hominem COCCEJVM cumque fuisse sciamus,
De navis hominis quis dubitare velit?

Quis fuerit post fata status? non tangere nostrum
Haecce forum: iustus dirimet ergo DEVS.

R. ad posterius. Lis subito sopita: magis tamen ardua restat,
Quam toties tentata VNIO nunquam movet.

STRYKIVS haec pariter simulat quasi sit sibi cordi,
Cumque lupis ululat, forte iubente statu.

Accepta venia, sermone repono modesto:
Si probet hanc Numen, displicet haudque piis.

Jungere quis tenebras vellet, cum luce serena?
Falsum cum vero nequere, par ratio est.

Concordia. Grata DEO, regerunt, Concordia nonne putanda?
Resp. Conformis verbo si foret, haudque nego.

Est genis pravis concordia, sicque cruentis
Piratis: dic hanc numne probare velis?

Fundamentum. Dissensum tamen hunc non laedere fundamentum:
Resp. Ast cur hereticos nos vocitare solent?

Acropolim sternant quod dogmata calva salutis,
Evictum verbi saepius ense fuit.

Wiederlegung. Ac Scripto nuper limato, rite *Σελασος*,
A. C. 1719. EDZARDVS solide cuncta probata dedit.

Huic, cum longaeva, pateat *Παροξισια*, vita:
Hostibus obturet, victor, ut ora, DEI.

Io. Alpb. Turretianus. Nil Oratorem GENEVENSEM jamque morabor,
Qui leve dissidii momen inesse putat.

VNIO cui, cum Collegis, quantumve placeret,
Quis de cum PRVSSO consulere, docent.

De pace Pruss. STRYKIVS hoc Scriptum dicit nondum sibi visum:
Eccl. Gen. 1707. Inquo, non pridem vidit in orbe diem.

Schismatis incommoda. Schisma tamen, dicunt, rigide tot commoda spernans,
Invehit e contra mille pericla piis.

Sic oppugnari possent concorditer hostes:
Qui misere scissos exercuare solent.

Rom. III. 8. Ergo malis indulgendum, veniant bona ut inde:
Impia quae PAVLO iure sequela cluit.

Est Numen, coetum defendit quodque pusillum:
 Quo sine suppetias nil valuisse patet.
 Auxilia, Israel cum Juda, saepe nociva
 Implorant, per quae damna cruenta luunt.
 Quid miseris Aegyptus, vel quid profuit Assur?
 Tandem mancipiis imposuere jugum.
 Quantopere nocuit populo olim scisio sancto!
 Sat nos prolixè pagina sacra docet.
 Quis poterant in gentiles feliciter uti
 Armis, his jugulum consciantque suum.
 Saevit & Israel in Judam, sicque vicissim:
 In sua, vah! fratres viscera saepe ruunt.
 Nemo tamen Regum ruptum sarcire valebat
 Regnum; divisum perpetuoque fuit.
 Et quamvis scissum REHABEAM jungere tentet:
 Obstitit ast vates, praecipiente DEO.
 Vnum praedixit Judae Israelque futurum,
 Ezechiel, regnum: quod fateorque labens.
 Tempora nempe *novi respexit foederis*, atque
 Coelestias, vates, Vnio firma ubi fit.
 Perpetuum regnum deferretur namque Davidi,
 Qui Messias est, Rex, sine fine, Sion.
 Define, Rex BORVSSE, caput revocare sub unum
 Divullos coetus, mente licetque bona.
 Permittente DEO reputes isthoc quoque factum:
 Ut pateat quis sit cultor in aede probus.
 Ast animus si sit puros accedere coetus,
 Errore expulso, gaudia quanta polo!
 Sic speranda foret concordia firma, salusque
 Publica florebit, prospera quaeque fluent.
 Haec *optanda* tamen mage, quam *speranda* putamus
 Aurca, quae fingis tempora, *aurca* vides.
 Non tantum rigidi perstant in dogmate fallo,
 In rebus *medis* deteriora tenent.
 Plurima praetereo, pauca haec memorasse juvabit:
 Dictorum summam, quae Tibi, spero, dabunt.
 Praemia fervoris iusti convetera reperto:
Leucoreus rigidus, vera tuendo, vocor.
 Jure sed hos rigidos longe meliore vocabis,
 Quae palpant *manibus*, qui modo vera putantur.
 Percolant *calicem*, absorbent grandemque *camelum*:
Festucam cernunt, coecutiuntque *rabem*.
 Hi *medium* nunquam servant, *extrema* tuendo:
 Saepius *excedunt*, *deficiuntque* simul.
 Si mutare fidem, ponas, impune liceret:
Rasi, quam *Calvis*, partibus herba favet.
 Haud tamen illustris mentem istam STRYKE fovebat,
 Cujus perspicuus sat mihi candor erat.
 Qui discedentem comitatus, jamque propinquus,
 Conjicit in loculos munera grata meos.
Ad mensam veniens LVDOVICI, luce sequente,
 Quem mihi Patronum Leucoris alma dedit.
 Privatim audivi Sophiam me namque docentem,
 Sex inter praefans ingenioque fuit.
 Hunc fortuna *minax* terret, mox tollit in altum,
 PRVSSO a consiliis, forte favente, cluit.
 Ad STRYKI refero mensam, quae gesta fuere,
 Me, queror, infaustum tunc habuisse diem.
 Vir celebris tanti causam cognoscere damni
 Percupit, hanc brevibus cui recitasse lubet.
 Pacificos contra vehementia tela vibrabam,
 Gratia sic STRYKI jam mihi clausa manet.
 Erigit ast turbatum spe meliore Patronus,
 Haud te destituit gratia prisca viri.
 Assensum facilis Patroni praebere verbis,
 Saeculus aere tumens conciliatque fidem.

Suffinet

Paedagogium Re-
gium.

Sustinet examen confertum Regia classis
FRANCKIVS invitat me quoque, mente bona.
Advenio promptus, communes occupo fellas;
Excipit aſt FRANCVS commodiore loco.

Doctrina inſignes pueros audire licebat,
In linguis variis in Sophiæque probos.

MOSCOVITA puer tradit mihi grande volumen
Herbarum, quod vix dextra tenere poteſt.

Auctores reliquos, ex quibus examina ducta,
Quilibet auditor verſat utraque manu.

In linguis, ſermone venuſto, ſicque Sophiæ
Inque Mathematicis experimenta patent.

Jamque dies binos, auditor, compleo totos
Sedulus, haudque fuit tum mihi longa mora.

Expleto octiduo, contentus ſat bene, ſalvus
Leuoream repeto: gloria ſumma DEO!

A. 1100. B.
nunc 10.

Aſt redeo octavum, ſæcli præſentis, ad annum,
Qui cum bis deno, jungier arte poteſt.

Hoc etenim factò, quod vix mens prendit acuta,
Arcanum latitans cernere cuique licet

Principio numeri non auget ziphra valorem;
Subdita ſed fini plurima, crede, valet.

A. 80.

Annectas fini ziphram, octogefimus annus,
Nunc ſuperatus, adest, auxiliante DEO.

Converſis ſæcli numeris currentis, & annus,
Quem nunc ingredior, ſole favente, patet.

A. 81.
Sec. a N. C.
18.

A nato Chriſto bis nonum jam prope ſæculum
Decurrit: liquent, quæ laetare prius.

A. 100.

Principio addatur numerus binarius, annum
Prædiſtum a Medico ſic quoque rite dabit.

HVNGARA, me, SENNERTE ſciens, inſtructa culina
Deſtituit, vatem laus tamen uſque manet.

Eſt igitur prædiſtus, non ſuperatus hic annus:
Vivere quis tantos optet in orbe dies?

Omnia præſertim videas cum in pejus abire:
Quis non ingeminet? jam ſatis eſt, ſatis eſt.

Hinc præſens curans, Domino committo futura:
Velle DEI fiat: nunc bene facta canam.

Devotas ſummo grates perſolvo Jehovahæ
Qui me dignatur tot cumulare bonis.

Gratia namque DEI, mirari quod ſubit, abſque
Officio, exhaustum, veſtit aliſtque Senem.

Excitat ac Evergetas pronosque Patronos,
Languentem quorum dextra benigna levat.

Hos coeli cumulet benedictio: firma ſaluſque,
Cum longa vita, præmia ſunto bonis.

Deferet haud unquam ſidentem cura paterna:
Dans vitam dabit huic quæ bona cunſque videt.

Phil. Mel.
Epiſt. L. 2.
l. ff. 2. f. 6.

Ad feſtum celebrandum proinde venite GEORGI:
Quem fert parca manus, caeſus ille bonus.

Ac pariter mecum, Fautores, jungite palmas:
Paucis contenti, vivite mente bona.

De conviviarum numero quo certior hoſpes
Fiat, mittenda eſt ſymbola ſveta prius.

Collato penſo, ſi non advenerit hoſpes:
Proſpicua abſenti vota ſaluſis erunt.

Oeconoma aſt donec vires acceperit ægra:
Eſt expectandum, ſat cito, ſi bene ſat.

Vel, ſi completus fuerit centeſimus annus:
Tunc jubilæa animo ſunt celebranda pio.

Sed ſatis eſt! animam, ter ſanctum fulſcipie Numen:
In coelis tandem jubila læta canam.

Gaudia cui lacrumæ durique fuere labores:
Nunc VT, RE, MI, FA, SOL, LA ſine, pſallit oyans.

VTilis ac REſonans, MIRabilis hinc FAMILIARIS,
SOLennis, LACrumis ſed ſine, PLAVSVS erit.

Ung VI 4

(x 2743293)



1077
1078





Q. D. E. V.
COLLOQVIUM HALENSE
 AD
ILLVSTRIS
DN. D. SAMVELIS STRYKII
JCTI LONGE CELEBERRIMI

CONSILIARII REGII INTIMI

MENSAM

DIE III. OCTOBRIS ANNO XIX.

SECVLI A NATO CHRISTO XIII.

MOTVM

JAM QVE

ANNO DICTI SECVLI XX.

M. GEORGIO MICHAELIS CASSAI, Hung.

ORDINIS PHILOSOPH. ASSESSORE

POSTQVAM ILLE

DIVINA FAVENTE GRATIA

SUPERATO OCTOGESIMO

ANNVM AETATIS OCTOGESIMVM PRIMVM INGRESSVS

ANNIVERSARIO GEORGHII ONOMASTICVM RECOLERET

SIMVLQVE

PATRONOS, FAVTORES ET AMICOS

AD FESTVM CELEBRANDVM

DIE XXIII. APRILIS ANNO M DCC XX.

OFFICIOSE INVITARET
 ORATIONE LIGATA LVCI PVBLICAE

EXPOSITVM

WITTEMBERGAE, LITERIS GERDESIANIS.

um procreatri-

nersdorffensis,

s, idem carmi-

t(fh) Satisfordf-

vifurus, cum

upertatem bo-

orem laudibus

RNHARDI,

